Mythologia, Padoue, 1616 - 46 : Hygie

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

Nove Imagini, Padoue, 1615 - 028 : Hygie *a pour reproduction ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 198
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7765?context=pdf

eſt

Fichier issu d'une page

ATQVE hactenus ea explicata ſunt, quæ de Aeſculapio Apollinis filio fabulati ſunt antiqui: nunc eorum ſententiam ex his eliciamus. Dicitur fuiſſe Apollinis & Coronidis filius. Quid ita? aut quæ fuit Coronis Phlegyæ filia? Eſt enim Phlegyas calor Solis, vt nomen ipſum videtur ſignificare: φλέγειν enim comburere eſt. Huius filia fuit Coronis, aeris temperamentum ſcilicet, & vis illa aeris modicè humectata quæ Solis accipit ſalubrem impreſſionem. Niſi enim Solis calor aera purgat ac rariorem faciat, & niſi vis quædam humoris in ipſo aere relinquatur à calore, nulla eſſe poteſt ſalubritas. Cum igitur è calore & humore temperato illa naſcatur, iure dicta eſt Coronis quaſi ἀπὸ τοῦ κεράννυσθαι. Aeſculapium inquit Pauſanias in Achaicis nihil eſſe aliud quàm aera. Cuius fuit filia Hygiæa, quę nihil eſt aliud quã bona valetudo. Eſt ſiquidem aeris temperies non hominũ ſolùm, ſed cunctis animalibus, atque etiam plantis ſalubris. Iure optimo igitur antiqui Apollinem Aeſculapei patrem finxerunt, atque ipſum Aeſculapium ſalubrem vim de Sole animis corporibuſque mortalium ſubuenientem, hoc eſt ſanitatis artificem, quia Solis calor vniuerſis elementis dominatur. Ex ipſa igitur vi Solis aer aſſiduè mouetur & generatur: quare Aeſculapius Apollinis filius: quod quoniam fieri non poteſt niſi per quandam mitigationem ipſius aeris, idcirco mater eius fit Coronis. Ex hoc aere ita affecto naſcitur ſalubritas, quare illa dicta eſt Aeſculapii fuiſſe filia, & ſanitatis artifex, medicinæque inuentio. Dicuntur fuiſſe multæ filiæ Aeſculapio præter prædictam, inter quas fuit etiam Iaſo, quia multa commoda proueniunt mortalibus ex aeris temperamento, inter quę facilitas eſt conualeſcendi & medendi: nã Iaſo ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι à medendo ſcilicet, dicta

eſt

Digitized by INTERNET ARCHIVE
THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7765?context=pdf